Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



sepulcros suos inuenit eos dormientes pretristitia.
Et ait illis. Quid dormitis? surgite orate: ne in
tretis in temptacionem. Adhuc eo loquente ecce tur
ba et qui vocatur iudas unus de duodecim ante
debat eos: et appropinquauit ihu ut oscularet eum
Ihus autem dixit ei. Juda: osculo filium hominis tradis
Videntes autem hi qui circa ipm erat quod futurum erat
et dixerunt ei. Domine si percutimus in gladio? Et
percussit unus ex illis seruum principis sacerdotum
et amputauit auriculam eius dexteram. Respondens
autem ihus ait. Sinite vsq; huc: et cum tetigisset auri
culam eius: sanauit eum. Dixit autem ihus ad eos
qui venerant ad se principes sacerdotum et magistratus
templi et seniores. Quasi ad latronem existis cum gla
diis et fustibus: cum cotidie vobiscum fuerim in
templo non extendistis manus in me. Sed hec
hora vra et potestas tenebrarum. Comprehendentes autem
eum: duxerunt ad domum principis sacerdotum. Petrus
vero sequebatur alonge. Accenso autem igni in medio
atrio et circumsedentibus illis: erat petrus in medio eorum
Quem cum vidisset ancilla quedam sedentem ad
lumen et eum fixisset intuita dixit. Et hic cum illo erat
Et ille negauit eum dicens. Mulier non noui illum
Et post pusillum. alius videns eum dixit. Et tu
de illis es. Petrus vero ait. O homo non sum. et
intuallo facto quasi hore vnus. alius quidam af
firmabat dicens. Vere et hic cum illo erat. nam
et galileus est. Et ait petrus. Homo nescio quid
dicis. Et continuo adhuc eo loquente: gallus cantauit.
Et conuersus dus: respexit petrum. Et recordatus